

Franckesche Stiftungen zu Halle

Autobiografie und Lebenslauf von August Hermann Francke.

Francke, August Hermann

Erfurt, 10.1690-03.1691

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-189182](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-189182)

Vita D. Augusti
Hermannii Frankii
compendio

16

Vitam, b. A. H. Frankii
Theologi incomparabilis de
scripturam, hanc rationem
sequemur, ut primo, quae ipse
de se paullo ante obitum, sen-
pta vita monumenta reliquit,
~~de verbo ad verbum~~ in lingua
latinam, transferamus: nam,
et completionem, eo ipso des-
peramus, et ea, quae de
vita sua rationibus memoria
prodidit, ita sunt comparata,
ut sine praclaro fructu et
insigni ad religiosa mentis
curam accessione legi non
possint. Deinceps, ubi ipse
narrationis, filum abrupit,
ibi nos illud producemus,
ea maxime, quae ad divina
laudis concelebrationem, pe-
tineant, litteris breviter
mandaturi.

Lubeca, ciuitate imperiali,
et emporio celeberrima, d.
12. Martii anno salutis
1663. natus sum, patre, Io-
anne Frankio,uris utriusque
Doctore, Capituli Collegii
Canonorum Rastenburgensis,
supremi et ordinum provin-
cialium eiusdem principatus
Syndico, pateris Lubecensis
filio; matre Anna Gloria
Dauidis Gloerini Conf. Lubec-
ensis filia.

A

a quibus parentibus meis, et sacro
fonte lavatus Christo consecratus
mox curatum fuit. Post autem
quam tertium, agetis annum,
cum parentibus jotham, commigra-
ui; quippe Dux Ercehus Lius
patrem meum a consiliis aula et
iustitie sibi esse volebat. operam
sederunt patres ut a teneris
pietatis et litterarum, principia
inhiberem, et, quod lugo publico
propter aetatis imbecillitatem
aliisque de causis interesse non
posui, preceptorum domesticorum
disciplina me tradiderunt.
Verbi sui amorem cuique annun-
candi studium et cupiditatem
Deus ab incunabilis animo inse-
uerat: quod multis signis pro-
deretur, iam tunc ab eo tempore
parentes me theologia studio
consecrabant, paterque fidelem
mei et prudentem agetis custodi-
torem mentem mihi diligenter
confirmabat. Post eius usque
obitus, qui in annum, 1671.
incidebat, cum aliis quibusdam
pueris, per nonnullos annos
a magistris ~~domesticis~~ ^{privatis} ~~instit-~~
utus, ex illo quod magis ~~privatis~~ ^{privatis}
consortio et consuetudine quo-
tidiana, non parum detrimen-
ti, id quod postea animaduerti-
lam, passus fui: animus
enim meus, per lapsus pueros,
qui, licet innocentes omnibus
videantur, tamen nisi probe
patris obseruentur, nunquam
sed se intra modum continent
valde a Deo ad agnum
aetatis usque 11. 6. 12. aba-

abalienatus. ~~Et~~ fui. Egregium
 mihi exemplum, ista, soror
 beate defuncta, praeiit, cum
 religiosa sanctitatis studio,
 fidem, caritatem, animi deu-
 tionem, verbi divini ~~incomparabilem~~
 aeternaeque vite desiderium,
 cum aliis virtutibus cognovi-
 cumque sermone ad instru-
 dum, laudum, composito ad ho-
 nestatis Christianae cultum,
 vehementer excitatus fui.
 Ita certe commovebar, ut
 vanitates adolescentiae consue-
 et pravis exemplis aliorum,
 puerorum ~~ita~~ animo infusa-
 atas, ut eas vix peccata
 esse agnoscerem, detestari,
 et me a corporis nihil solidi
 fructus habentibus, ludicris
 exercitationibus, et aliis
 rebus, quibus tempus perire,
 abstinere ^{atque} melioribus, et vti-
 lioribus intentus esse, quod
 animi propositum ^{necessarium} ~~ut~~ me ad-
 iuvarent, separatum a ceteris
 mihi condant. dabant, in
 quo Deum religiose singulis
 diebus adorabam, iam
 tum vovens supremo patri
 me univexsa, meae vitae,
 ipsius honori esse confera-
 turum. Deus autem, quae est
 eius benignitas, adolescentia evan-
 mel ^{condonans} ~~largiens~~ ista industriam
 in litterarum studiis positam,
 succedere iubeat, prosperabat, ut amicus natus
 decem annis classes
 selecta in Gymnasio Gothano

inciperem

succedere iubeat, prosperabat

adscriptur^{plus}, annoque aetatis decimo
quarto potestatem in academiā
proficiendi a magistris n^{ost}ris
publice nanciscere, quamquam in duos
propemodum annos propter
nimiam adolescentiam, consilio
meorum, hic abitus fuerit dilatus.
Hoc in divini nominis gloriam,
et universa vita mea cursu
proficiendum mihi est; quanto
studiosius Deum colerim,
quantoque minus animum
rerum vanarum studio pollu-
erim, tanto cum plus incremen-
ti et successus, cum in reliquis
rebus, tum in studiis praestitum
mihi largitum fuisse. Contra
quo magis a Deo alienus et munda-
lo deductus fui, tanto magis
per amicos oberravi, et magno
opere parum profeci, id quod
hies me deinde docuit, eamque
opinionem ex animo eiecit,
qua mihi persuadebam, optima
via incessisse et praclaros pro-
fectus fecisse. Timorem igitur
homini sapientiae esse initium
vel damno meo sum expertus.
Neque satis est teneram aetatem
ad sanctam aeterni numinis
cultum institui; sed in tempore
etiam, ut sibi ab infidiis munda-
caveant, oportet eam commo-
neri: exempla namque, ubi
obvia docent, adolescentes in-
genio probos et modestia lauda-
biles, ad omnem honestatem con-
formatos, cum ex disciplina
domestica dimissi in scholis aut

+ educatione

Academias, cum pluribus, con-
 tortis implicantur, malis ex-
 plis facile corrumpi et quasi
 a torrente impietatis auferri.
 Ea in primis aetas, quae anno
 13. 14. et 15. continetur, cor-
 ruptionis periculo maxime est
 obnoxia, atque adeo quam di-
 ligentissime ab educatoribus
 custodienda. Multi enim, cres-
 centem vitam, vident, si
 quo tempore primum iuvenes
 cupiditates effervescebant, et
 speciosa mundi vanitas ani-
 mum tentabat, intra termi-
 nos suos prohibiti fuissent.
 Equidem, ita existimo, si non
 solum vera pietatis fundamentum
 in animo iacta esset, meo
 si, qui me educabant, non es-
 tantum operam dedissent, ut
 pietatis fundamentum, in ani-
 mo iaceretur meo, sed etiam,
 ut artes hominum, malorum
 et insidias ad corruptos, per-
 mores bonos compositas, co-
 gnoscerem, non futurum fuisse,
 ut frequentatio scholae publicae
 quae per se multum, habet com-
 modi, novam mihi negligendi
 moris sanctoris occasionem
 praeberet. Cum enim gymnasium
 ingrederer, etiam tunc crebro
 ad Dominum orando accedebam,
 magnoque rogabam opere,
 ut qui mecum in ipsius timore
 conspirarent, eos mihi amicitiae
 vinculo coniungeret. At vero
 inter tot malorum exempla
 et conciliata sexim cum quibusdam

fin dies

familiaritate, senior pristinus
magis atque magis frigeſcebat
ad mores aliorum, me componere
honorem adamabam, cuiusque
diſſus eruditionis laudem ſeſta-
bam, aliisque antecellere cupiebam.
Quod vero a commilitonibus, qui
propemodum omnes me du plo nate
erant maioris etas mea con-
temneretur, ~~mittendi~~ coram Deo
animi habebam ~~in casum~~ ^{in casum} ~~mentum~~.
Quanto autem magis hic contentus
imminuebatur, tanto tam com-
pſioni ſubiectior, ut iam tum
conſperire, mundum ~~nobis~~ plus
aſſentando et blandiendo quam
ſpernendo et deſpiciendo nocere.
Neque tamen ſtudiorum, littera-
riorum, curſum retardari paſſus
ſui; ſed in eo progredi ſemper
adlaboravi, quamquam non
eo conſilio, ut gloria divina per
me olim illuſtrari poſſet, et ali-
orum felicitas iuvare, ſed po-
tius honoris atque commodi
mei ſtudio. Quo fiebat, ut
facilis et expedita ſcribendi
ratio mihi non arderet, ſed eos
maxime auctores, qui elatione
et grandiori ſermone uſi fuerant,
ſtudioſe imitarer. præſertim
cum hoc inſtitutum meum, la-
dari viderem, magis et magisque
inani gloriola efferer. Sed
edoctus meliora et ad ~~ipſos~~ ^{ipſos} ~~omnes~~
lecturam revocatus, ut ſcilicet
tem et perſpicuiorem ſermonem, qua-
lis in Tullio, Fulgularis quaſtionibus
epiſtolis etc. apprehenditur, tra-
itionem meam, conſolamur, epistolam deli-

Scriptorum divina veritatis, Quamquam ne haec quidem indulta
expertum, profanas sententias nihil incommodi et damni hac
et loquendi rationes, cum ipsis bebat, quod Gentilium sententia
corum vitis, in scriptiones meas atque vitia et meas scriptiones
tamquam ornamenta quadam. Non agnoscebam eo tempore
et lumina orationis, transferre, hanc sermonis labem, neque

multos adolescentes illam, credo
agnoscere: quae facile, mea quidem
sententia abstergeri posset,
si ipse latinitatis magister,
formulas profanas et sententias
cum sacris litteris pugnantes,
ab sanioribus et venioribus
discerneret, atque religiosa
latinitatis rationem discipu-
lis monstraret. Eadem vani-
tate et imatura exultationis
cupidine impellebar ut
Academicas disciplinas quasi
prælibare autem, cum rebus
magis necessariis studium im-
pendendum esset. Expers enim
sermonis Hebraici, quo sublitio
theologia cultura profus, quae
non potest, dabam, me discende
philosophia, ei plus opera quam
scientia sacrationi tribuens,
laudantibusque diligentiam
hanc præceptoribus et libros
in hunc usum commendantibus,
me rectissima via incedere
existimabam, et magis atque
magis eo labore impeditus
magno conatu et opere difficili
a salutari theologia cultura
desisterebam. Hoc tamen in-
uabat, quod lingua latina
atque graeca ea fundamenta
posueram, quibus porro ine-
dificari posset.

Annum agetis 16^{tu}m in Ebor-
diensem Academiam missus
et amici cuiusdam et velleris Ita-
demici custodie atque institu-
tioni commissus fui: quo ma-
gistro, ad ductum, Horologii
Schickardiani praecepta gram-
matica et analysin sermonis
Hebraei disciebam, quem et
Logicam atque Metaphysicam
mihi inter prestantem audiebam,
ad quas disciplinas ita ad-
puli animum, ut optimam, quam
que earum auctorem, singulam
studio pertractarem. Porro
et Actus Geographicas mi-
hi fecit, et notitiam, quae foris
Theologicorum, quam secum pri-
uatissime a Dofio, Braf. Stragi
celeberrimo, communicatam
esse dicebat, instituit. Haec
fuerunt initia Academicorum
studiorum, in quibus verus, credo,
finis non spectabatur.
Sed mentem potius meam spe-
ciose vanitatis amor magis
atque magis occupabatur,
ut ad eorum mores, quorum
vtebar consuetudine, vita mea
rationes exigere, et honorem
ac dignitatis splendorem, con-
ditionis gloriam, et alia huius
vita commoda expeterem,
ad quae tanto magis adnitebar,
quo felicias in discendis litteris
proficiebam, mihi videbar.
Atta me sentiens me a sanctae
mentis cura atque studio, quod
puer in ea collocatus, am, deesse,
tranquillare animum, et solida
collaque voluptate permulcere
numquam ~~con~~ potui.

Eodem anno 1679. Kilonium,
 ire a meis iubebar, idque rogatu
 avunculi mei, Cantoris Henrici
 Glorinii, qui cum stipendi Schab-
 beliani dispensator esset, illud
 mihi, familia Schabbeliana proxi-
 me agnato, collaturus erat.
 Eiusdem iussu in convivium
 et domum D. Kortholti,
 Academia illo tempore Pro-
 fessoris et Professoris pri-
 marii, ad habitandum conce-
 debam; quippe in cuius disci-
 plinam atque custodiam, et
 ego, et reliqui commilitones
 stipendi Schabbeliani partici-
 pes maxime traditi eramus.
 eaque potissimum causa fuit,
 ut integrum fere triennium
 inde ab autumno anni 1679 in
 hac Academia versaret. Hi-
 igitur perrexi in studiorum
 curriculo; primo philosophi-
 corum, quae nunc variis exer-
 citationibus maturare adpi-
 tebar. In primis in Metaphysica
 et Ethica totus eram, de eaque
 vbi in Theologia maxime solli-
 citus. Physicam, Kochovio
 magistro, Aerogae de historia
 naturali faciente, imbibere
 laboravi. Praesertim deditur
 ut, sub eiusdem viri summi
 institutione, latinitatis ma-
 orem compararem facultatem,
 et solidiora eloquentia, tam
 sacra quam profana, igerem
 fundamenta; quo consilio ipse
 pernatissime iudicabam. ^{Accepit}
 Singularis accessit amor polyhistoriae ^{ingenae} ~~polyhistoriae~~ ^{pne cogni-}
 tionis auctorum studium, quos

Singularis accessit amor polyhistoriae ^{ingenae} ~~polyhistoriae~~ ^{pne cogni-}
 tionis auctorum studium, quos

quod iam Erfordia in animo ratior
egerat, et quo impellebat, ut
prolationes polyhistoricas
eo tempore habitas, assidue
frequentarem. ^{cuiusmodi rebus}
Aurunculus meus, ^{me parum quare}
^{maiorum, quam} par esset, in cultura sanioris
disciplina, ^{cuiusmodi rebus}
operam navare cognoscens, ut ab his
me abstinere, suadebat quidem;
sed tam alte hoc studium in
animo infederat, ut ille non
optime videretur mihi consulere
illa quam maxime necessaria
opinanti, quae et ipsi harum
rerum amatores reliquarum
scientiarum ornamenta esse
credunt; a me autem pro misera
mentis conditione ad pom-
pam et speciem comparabantur.
Duce ^{Kortholto} Theologia cultu-
ram profecturus sum, lectiones
eius theticas, polemicas et exe-
geticas frequentans, ipsiusque
et aliorum scripta ab ipso
commendata diligenter volens.
Ad habendas praeterea e suggesti-
coniones sacras animum ad-
pellens, ad methodum Helm-
stadensem, quam nonnulli di-
cebant, forte delapsus, studiose
Aristotelis Rhetoricam com-
mentarius Schraden illustrata
perlegi, locos communes seun-
dam Schraden methodum con-
feci, ausus deinde, cum in vico-
sum in pagis, ad populum
pro conione verba facere, at
non ex eo principio, de quo
Paulus 2. Cor. 4. Credo, inquit,
ea propter loquor.

- Kortholto

Scire tamen agere tuze mihi
 vivebar. Græcorum laudatum,
 Northoltum Historiam eccle-
 siasticam, publice et privatim
 enarrantem, Cælebique Historiam
 ecclesiasticam interpretatam
 seculo audiri: nec ab iis ab-
 erroasibus, quas de officio
 Ministrorum ecclesia faciebat
 in quibus, ut in omnibus suis
 Collegiis, Vir ille præstantissi-
 mus discipulos suos magno
 studio ab vita flagitiosa et
 voluptaria reuocabat, gravi-
 tatem officii pastoralis summo
 opere commendabat. Quo fa-
 ctum est, ut Geintilla religioſa
 virtutis in animo meo reliqua
 sæpe excitaretur, ut aliquoties
 statuerem, animum a mundo et
 eius amore auocare, probe per-
 spiciens, vitam eius modi, quam
 ipse cum aliis studioſis ducebat,
 norma diuinæ voluntatis non
 respondere. Quia vitæ, ad
 præscriptum legis diuinæ ali-
 quoties componere incepti:
 sed viâ ingressum viam meliorem,
 consuetudo multitudinis
 ad devia abripuit, ut mala
 posteriora prioribus enaderent
 defensora.

Quapropter, in ipso studioſorum
 seruire, nil nisi species religi-
 onis me ornabat, externis cultibus
 diuini officii surgentem, sermone
 etiam pios cum aliis commutantes,
 librosque exstante pietati ferè
 legentem, sed facultate destitutum
 renuſcandi cupiditatibus, ut
 que agendi temperantem, infla-
 tatque piam.

et renovationis

butus

Doctrinam rerum sacrarum; memo-
ria et ingenio, non animo comple-
gebam, mortua potius notitia, im-
quam viva cognitione illustratus.
Equidem quae esset fidei natura,
quae regenerationis et iustifica-
tionis ratio, quod discrimen,
ea sacra scriptura explicare
et demonstrare potui; sed nihil
harum rerum ipse experiebam.
Theologiam esse habitum, prae-
dicum, non ignoravi; sed ut cog-
nitionem ad ipsam vitam actionem
transferrem, non studebam.
Scripturam divinam legi, magis
eruditionis comparanda gra-
tia, aut moris honesti offerun-
di, quam ut mens aeternae felici-
tatis cognitione instrueretur ad
eius studium ferretur. Quod
omnia, quae dicebam, litteris man-
darem, praecaram me navasse
operam, putabam, nequaquam
curans ut lex divina tabulis
animi a Spiritu sancto interi-
beretur. Talis fui, cum aucten-
tus meus, quod stipendii Scholae
belianae rationes, ipso ad firman-
dum turbarentur, mihi potestatem
faceret, Kilonio proficiendi.
Hamburgum igitur petivi,
ut celeberrimo Joh. Edzardi
viam monstrante, liquam illi-
cam, in cuius studio Kilonii non
admodum felices fueram, progre-
penitus ~~per~~ perdiscerem.
Quo in loco praestantissimi illius
Viri, apud quem et cibum capiebam,
dexteratam atque diligentiam
non possum, non ex animo collaudare.

22
[in lectione biblica]

quippe qui non gravatus fuit
sine ullo didactro, multum mihi
temporis impendere, et vel
in legendo sacro codice, vel in
discenti ratione haptanti, pa-
rato et libenti animo succurre-
re. Quum vero, post trimestrem indugi-
am, quo tota ipsius monitis
regebat atque ad spacia vatic-
inium progressa erat, mei me-
domum venire iuberent: a lau-
dato Edzardo petebam, ut
qua ratione studium biblicum
persequerem, demonstrare
vellet. Obsequutus precibus
meis praecepit, ut primo testi-
onem cursoriam absoluerem; deinde
secundam sacri voluminis lectio-
nem inspicere, grammaticam
studium impenderem; cum quarta
tertia lectione Glaffii philolo-
giam sacram, cum quarta linguam
Chaldaicam, cum quinta Michla-
Lephi, cum sexta denique Dithis
Duatorum pertractanda coniu-
gerem. Quod consilium etiam si
statuebam sequi: tamen, cum
mihi gotha aetas meos fere pueri
annus transigendus esset, illis
que subsidus, quibus in hac re
opus erat, indigerem: viam a
ex parte deprens, in sola biblicorum et
Glaffii lectione illius temporis
spatium ita consumpsi, ut, quanta
memini, sexies vel septies codi-
cem Hebraicum perlegerem.
Cum Hamburgo discederem, mens
mea misere adfessa erat, et
vanus amore contaminata.

Enturbam eo tempore gratiam di-
nam, me scilicet derelinquere, ^{quod}
idque mea culpa atque vitiis fieri,
quod, cum saepe unum ad corri-
gendam animi prauitatem me for-
tissime impulisset, non solum non
obtemperauissem, sed longius in
dies a salutis via aberrassem.
Qua propter mentis casta atque
religiosa curam quidem renouaui.
Qua propter renouavi quidem Do-
mini querendi et colendi studium,
magis tamen in rebus externis, quam
in vera mentis emendatione ^{meo}
posui. Cantavi et organi multum
libros sacros assidue legi; templum
frequentavi; quodam ex peccatis
dolore affectus, vel cum lacrimis
delicta mea verbi diuini munus-
sum confessus. Hae vero sententiae
nihilominus animo constatas
honores, diuitias vitaeque fortun-
natam adferre, cum lege diuina
non pugnare. Quamuis equidem
reliquorum ^{me} peccatorum poenitentia
Amisissis tamen non poenitentia
qua profecto altas in animo meo
radices egerat. Nam ubi nulli
sunt fructus fidei, caritas, gau-
dium, pax et alii, ibi nec ipsa
fides est, sed paucis et opinio fidei.
Neque tamen negandum est,
per annum illum et dimidium
in domo commorabar, externam
vivendi rationem paullo fuisse,
quam antea meliorem. Nam
in doctrina studiis nihil exdusse
reliquum, sed vitam ad honestatem
composui, animo tamen vera
tranquillitate numquam gau-
dente. Aliis quidem hominibus

probus et industrius litterarum
 cultor videbatur, et a multis ad-
 mirabar: cum certe in me esset nulla
 nisi naturalis quaedam bonitas
 neque cum aliqua doctrina copu-
 atque facultate celestem sag-
 pientiam unquam contingeret.
 Circa hoc tempus Wichmann ha-
 beretur, dum quidem litterarum in
 Academia Lipsienfi studium
 post Hebraica lingua in Witten-
 bergensi Professor, ut ipsum
 intra privatis parietes solum
 ad sermonem Hebraicum erudire
 a me aliorum monitu, rogabat.
 Lipsiam ^{12^{bris}} anno 1687. professus
 non solum hanc illi nanum opor-
 tuit sed occasione etiam facienda
 qualemcunque doctrinam meam
 augendi accessum prouideret
 addidit Rabbiniſmum, percolu-
 iturum theologicum, orationes
 sacras e suggestu duci, censuram
 Professoris subiacendas, ling-
 gallice et Anglicana facultatem
 maiorem comparavi Italianam
 etiam non indutam, praetermissis.
 Praeceptores habebam longe
 celeberrimos, Rechenbergium,
 Clearium, Cyprinum, ¹⁰ Bene-
 dictum, Carp. Jonium, et Ma-
 gistros quosdam eruditos: qui
 tuis immortales omnino gratias
 me debere profiteor.

Anno 1685. cum ipsa in Academia
 Magistri titulo et honore ornaretur
 eoque me indignum esse disputati-
 one de Grammatica Hebraeorum
 habita ostendebatur, nihil tamen
 sperans aliud, quam diuitias
 et honores. Equidem glorie diuinae
 amplificando tunc his in rebus

inferuisse non memini; quamquam
non est dubium, me, si eo tempore
rogatus fuisset, adfirmaturum
fuisse, hanc primariam et praecipuam
esse consilii mei rationem, ut
numinis illustretur gloria.
Ea quidem, quae ipse spectare, an
facile consequatur. Nam
larga aliorum docendorum occasio
obligit; alias post alias sedula
Aeriales: neque defuerunt, qui
privatissime a me tradirentur.
Operam tamen omnium optimam
in Collegio philo-biblico navandi
de diuisis inuicem progressibus
copiosiores institueret narra-
tionem opera pretium esse ducebat.

Magister Paulus Antonius
olim in aene formam mecum
incidit, lingua Hebraica atque
graeca studium valde negligi,
neque optare, ut ipsi Magistri
inter se aliquod eorum exercitium
instituant. Eae res, cum mihi
summopere probaretur, et sine
ulla nota efficeretur, si ualidius
continuo quasdam nostros amicos
ex Magistris rogauimus, ut
in eiusmodi exercitatione studium
suum cum nostro coniungere vellet
annuerunt, paucisque post diebus
initium fecimus.

Hac vero prima instituti nostri
fuit ratio, ut singulis diebus do-
minicis, post finita sacra, ab hora
IV. ad VI. conveniremus, et alius
ex nobis caput veteris, alius ca-
put novi testamenti explicaret
breuiter, atque vita usque sapi-
enter transferret. Cum ^{deinde} ~~hinc~~
qui mox post initia huius collegii
Dresdae ad obeundum in primi
ecclesiae aulici munus conuocati

per M. Antonium, de hoc infinito
 certior factus esset, magnam
 certe vir praestantissimus lati-
 tia perfundebatur, quod aliquod
 verbi divini studium, in theolo-
 gia cultoribus exultari, Saxe-
 niam via ingressus mandiret.
 Quamquam, vero, nos maximam
 partem, a vero scopo multum
 aberrare cognoscebat; tamen
 consiliis atque monitis ad glori-
 am divinam longe rectius spe-
 ciatantibus, tenhem conatum
 innare admitebatur, quibus
 obtemperantes, praeiora librorum
 bibliothecarum, segmenta, quam ante
 explicanda esse, statuebamus.
 Vbi meliora semper nos edage-
 re, magis magisque hoc studio
 incensi fuimus; et quum, exercita-
 tiones illas philo-biblicas pro-
 sequeremur, nempe con-
 qui illis interesset, subinde
 audius fuit, studiosis etiam
 quibusdam, ut auscultare
 liceret, veniam rogantibus.
 Multis ~~et~~ Professoribus nec
 nostra industria, sese probavit.
 ipsi praesentia sua nos cohore-
 starunt, adque ad constantiam
 sunt cohortati. Unde cum
 et Musam, M. Antonii satissimam
 Auditorum multitudinem, non
 non caperet; ~~hinc~~ et ipse, ut ~~seorsum~~
 Principi Saxoniae Augusto
 sacra, in itinere obeundo, admi-
 nistraret, ab electore mberetur.
 D. Valentinum Alberti Prof.
 Theologiae extraordinarium
 rogamus, cum, ut Directorem
 ageret Collegii Philobiblici, huc

tum, ut locum, in domo sua ei natus
nobis concederet. Virisque porci-
bus annuens, ipse exercitationibus
interfuit, fimitaque lectione, quae
in commentationibus nostris no-
tenda essent aut emendanda com-
monstravit. Magna hac ratio
numenum attrahit. Loco cum acced-
ret, ut es studio's potestas fi-
eret, sub finem cuiusvis exercita-
tionis symbolas conferendi sua-
dici non potest quanto numero
et Magistri et studio's confluere,
et quo studio ac fructu hoc col-
legium frequentaverint, ita ut
et Professores nonnulli, ~~sed~~
alii Viri non eaigue dignitatis
peregre advenientes crebri-
adventu, quanto ^{um} ~~per~~ voluptatis
ex hac opera caperent, satis ~~dis-~~
suaerentur. Talis erat fons
Collegio philo biblicum, cum Lippia
discederem: ex quo maiora in
me commoda, quam ex reliquis
omnibus laboribus Academicis
redunda esset proficere, neque
unquam antea felicitas in ser-
tandis verbis digni sententiis
versatus fuisse ^{in fine ratione} nego.

Inter haec advenit Molinosum
publica Lippia ^{disputatio} habitum
fuit, cuius auctor palam ^{pro-}
tebatur, se, in elaboranda disser-
tatione, ^{pro-}posui Molinosi scripta
non legisse, sed, cum litteris me-
rialibus, tum etiam iis, quae in
Artis Emendatione, et Sederio,
Molinosi aduggiano, relata essent
fidem habuisse. Qua res cum
crebris sermonibus coagitarer,
multi, ut ipsum Auctorem legere
possent, optaverunt.

Eaque causa sunt, ut vir quidam
 spectata dignitatis mihi prae-
 staret, quo de doctrinis eius scripto-
 ris iudicium ferri rectum, et sin-
 cerum posset, ^{latine} ~~germanice~~ illum, ex
 Italico sermone reverteren. Ad
 quem laborem cum et ab alio Pro-
 fessore, quem ea de re consulebam,
~~recitaret~~ obtemperavi: quicquid
 consilio, collatisque inter se quo-
 bus exemplaribus, duos Cholo-
 philibellos, qui Guida Spirituale
 et Della Communionem cotidi-
 ana inferiuntur, scilicet lateros,
 illos simul scriptores mysticos,
 quos sequutus erat, in Biblio-
 theca Paulina evolvens, ni-
 hilque studii, reliquam suam
 quo aliquid lucis menti aucto-
 ris adfundi posse videbatur.
 D. I. Benedictus Carp. Gouius
 et Prof. Jellerus, quo praes-
 sente, in Bibliotheca Paulina,
 hanc operam navavi, opus
 ipsi viderunt: et ille quidem,
 quod Decanus esset collegii
 Theologici, opus absolutum
 sub censuram vocavit. Qua
 omnia a me idcirco, prouti
 gesta sunt, narrantur, quod
 elapso aliquo tempore fuerunt
 qui hanc meam versionem, in
 quis criminationibus exciperent,
 cum non sine publica approba-
 tione, nemine profus adus-
 praefixoque meo nomine, et expre-
 cata tui praefatione con-
 sumis ratione, librum edidisset.
 Falso etiam posthac aduersari
 mei, accusationibus suis praevincam
 aliquam veritatis concutere, et

geminati sunt me falsis Molino-
si dogmatibus inductum fuisse. Sed
primo hae ^{omni} conformanda ad Christi
regulam, vitae principia non fue-
runt, id quod postea demonstra-
turus sum, scilicet deinde numquam,
sive clam, sive palam, Molinosus
in omnibus sequendum, et defenden-
dum, esse affirmari, denique
semper quasi, ut sacra littera,
alique libri sinceris Evangelii
doctrinas incorrupte ad exco-
tandam, et confirmandam pietatem
complexi potissimo studio cogi-
rentur. Neque tamen infitior,
eos mihi numquam probatos
fuisse, qui ead impetu auctorem
neque lectum, neque intellectum
exagitantium arriperent, eique
opinionem, quae fortasse numquam
in mentem eius venisset, audaciter
attribuerent. Quia, quod ad-
rui multa praeclara virtutum,
Christianarum praecepta, nequa-
quam repudianda, in iis libris
reperiuntur. Et quis bona mentis
et animi Christiani, me ea lau-
dasse, quae in scriptore a nobis
falsis alieno deprehendebam,
verbo divino respondere, vult
in re vituperabit atque infama-
bit. Profero quum scripta
Molinosi, tenens modo proce-
uerim, quatenus cum oraculis
diuinis conspirant, neque ex
iis fundamenta Christianae pio-
tatis iacenda esse affirmamus,
candidos homines et veritatis
amantes hae in re iudices nos
verecor, neque eius iudicium, qui
olim, incorrupte iudicabit, refo-
rimo.

vituperabit,

hominum, profanorum
mores imitatus fui;

Sed ut redeam ad meum, casti-
fandi, et mentis studium, illud
Liphe, prioribus praestitum annis
valde pro dolor, frigebat.
Et vivebam, ut educationis laude
et honoribus aliquando florem,
ut opibus et divitiis adfluerem,
vitamque iugundam atque tran-
quillam in hoc mundo transigere
possem, quamquam ad hoc
consilia vana animo agitabam.
magisque ut hominibus, quam
Deo immortali placere, labora-
rabam. In rebus atiam externis
hominum profanorum mores imi-
tatus fui, ut in immodico vestimen-
tibus aliisque vanitatibus, neque
desceverunt in me vitia, sed magis
magisque adoleverunt, et quo
evadebam doctior, tanto etiam
superbior. In Deum certe
malorum culpam transferre
non licet: neque enim, non subinde
me commonefecit, et ad vitam
viam, ingrediendam, excitavit.
Meliolem mihi vitam, esse
vivendam, persuasum habens, aliquan-
do Deo meliorem frugem pollicens.
verum non deliberati hoc fuisse
animi firmum consilium, cuius
fuit condocerebat. Magnas qui-
dem animus sensit turbas: neque
tamen perturbata mentis causas
agnoscere, et in Deo eam tran-
quillare volui. In illis turbis
ad quas vitam meam institui,
me non posse adquietere
cognovi. At depravata natura
faciebat, ut seriem mentis
emendationem, semper pro-
crastinarem.

T

peccati illecebris cinctus et diu-
turna consuetudine in eo con-
firmatus. Deus tamen, pro virtute
sua atque bonitate, animam
meam ^{commovebat}, ut deus
meum et ^{inimicum} ^{proculdubio}
facilius eum rogarem, vitam
ut vellet emendare, neque suum
filium esse iuberet. Tum, in me
illius Paulinus, ex Hebr. 58, 12.
valuit: Quis oportebat dudum
esse doctores — — — ^{solidae}
dubus. Ceterum septem annis
disciplinas theologicas perco-
luebam, dogmata ecclesie nostra
callebam, iterum iterumque per-
legeram, codicem biblicum, et pre-
ter eum libros influentia vita
Christiana gratia scriptos pro-
fecto non paucos. Sed illa
non animo, sed memoria tantum
infixa fuerunt, temerique verbi
divini in me suffocant, et quo-
minus fructus ederet in pedum.

Quum igitur nunc fundamenta
Christiani cultus denuo ratiunda
essent: ita me impeditum sen-
tebam, ut mihi similis existendi
esse hominis viderer, qui cum
manibus pedibus, et toto corpo-
re vinculis est ^{que} constrictus,
viamque suam perripit,
nihil magis exoptat, quam
ut reliquis etiam continuo
exsolvatur. Deus autem,
ut est fidelis et verax, qualem
gratia sua me praeveniebat,
et viam, qua magis atque magis
ad eum propius accederem,
sapienter et benigne muniebat.

opinionem et spe mea celerem.

Ipsae gravissimum quodque in
periculis manu potenti
tulit: ego vero quia eodem tempo-
mentem meam immutabat
omnem occasionem sanitionis
cultus Deo. Caeterum cupide
arripui. Tam quasi diluculus
michi exortum erat, aut velut
in nocte sublevis et serena ambu-
labam. pedem in templi lumine
posueram, sed quo minus ingre-
derer, infixa penitus menti
rerum praesumptum veneratione im-
pediebat. Voluntate magis ma-
gisque ad bonum ferebat, sed
consuetudinis inveterata vitio-
sities et verbis et factis pra-
eceptis latebat, ut multum inde
sollicitudinis in animo nascer-
etur. Inter haec tamen ea mentis
erat ratio mea, ut valde ama-
rem pietatem, de ea non fictas
et suaves sermones facerem.
Familiaribusque meis testifi-
caver, me Deo pio studio in-
posterum colendi propiis sum
cepisse: quo fiebat, ut quibus-
dam bonus esse Christianus vi-
derer, et postea temporis non-
nulli, se manifestas mutata et
emendata vita notas in me
tum deprehendisse, declararent.
Mihivero Deoque exploratum
est, ea me tempestate studio
rerum vanarum nondum fuisse
liberatum, malique vim satietatis
in me exstitisse, ut adversus
eam, tamquam puerulus aduersus
robustum gigantem, aliquem pugnare
viderer.

28
Quid me fuisset miserius, mihi
conuersa, esset rerum ~~meum~~
facies. Altera enim manum
calum, altera terram tenere;
Dei mundique idem amicus
esse, aut cum pectore arctot
constanti, sociare me consou
are volebam.

Sed, o magnitudinem amoris
diuini, quo in Christo Iesu
humanum genus eternus pater
complexus est! Non ille me
propter prauitatis meae graui
tatem abiect; sed patienti
me ferens ~~oprimo~~, imbecillitatem
meam, ita sustentauit, ut
animum semper spes aliqua
haberem, fore, ut tandem ali
quando, tenebris propius dis
fis sol iustitia in me eade
retur. Sub hoc ipsum tempus
diuina providentia saluti meae
quam amantissime prospiciens
Lipsiam, ubi varia subinde mihi
impedimenta in virtutis via
obscura fuerunt, iussit me
relinquere, inuicta diuinculo
meo, D. Gloxini, hac mente,
ut me iterum stipendio Schabbe
liano ornaret, cupiensque ut
nulla in re maiorem, quam in inter
pretandis sacris litteris operam
collocarem, Lüneburgum, iuberet
proficisci, D. Sandhagenii, super
intendentis eo tempore Lüneburg
opera in hoc studio usurum
Digiti, quante vere anni 1684.
tanto libertati concessi animo
quanto ^{mihi} spes fuit maior, huius me
nae Christiano vitae felicitatem
atque facilitatem aliquando existim
esse.

Quo me extrinsecus circumflectere
impedimenta, quia Deus simul omnia
subsulerat: solitudinem meam
plaque cogitationes, cum solus
musum, inhabitarem, non erat
qui turbaret, eoque accedebat
quod cibum cum hominibus prohibere
atque prius caperem. ^{Vic} adeo
cum in eodem Johannis ut ad
populum, e suggestu dicerem, multo
ante, quam ipsa concio esset habenda,
rogarer. Jam vero sic asse-
ctus erat animus meus, ut non
tam me exercere, quam auditores
ad pietatis culturam, excitare
oratione sacra stunderem. Quam
rem cum agitarer, animo, mihi
in verba, quae Joh. 20, 31. habentur,
eramque vinea fidei naturam,
et ab fide atque imaginaria
differentiam, propositurus. ~~Haec~~
In hoc autem argumento cogitati-
ones meas figenti succurrit
me ipsum, eiusmodi fidei, quam
in concione essem requisitus,
expertem esse. A concionis igitur
meditatione ad me ipsum, eva-
sionis se conuertit. Fide enim
me destitutum esse, id me magis
atque magis sollicitum redderet.
Plus atque alius solatus moror,
nunc lenire cupis, nusquam
adquiescere potui. Adhuc quidem
divini luminis efficaciam, in pe-
parum expertus, rationem solliciti
argumentis ad credendum, in ^{modum} ~~inductum~~
consecueram; eodemque ~~ratione~~
nunc etiam consulere mihi adla-
rabam. Sed tantum abest, ut consulerem,
maiores subinde dubitationibus
mens anxia sollicitaretur.

22
B. Jo. Musaei Collegium Systematicum,
Miser. quod frequens legoram, inde
fluctuantem mentem confirmatam
legendam, sumi: at nihil solatii
in eo reperiens mox abieci.

Ad scripturam, vero sacram, veluti
ad portum fugienti in mentem
venit, posse dubitari an biblia
divina sint, aut veritatis: Turcos
Coranum suum, Turcos Talmudum,
Sanguan, oracula divina, agnoscere
non liquere, cui sit assensum duc.

Ha vero ingrauescebat hae malis
tempestas, ut omnia mihi theologia
christiana capita, et ipsa
de Deo doctrina incerta atque
dubia videretur, neque placere
naborem, quo pedem figere, aut
mens quietem invenire possit.

vbi
Non vero existimandum, varia
et proteruo animo doctrinam
callessem, me repudiasse et
fecisse: volebam, sed non potui
assensum praestare. In hac ipsa
porro animi perturbatione et
depressima nocte. De gratia
negotiosa fuit, et scilicet ita
mibi vita omnis antea
errata et peccata delegit,
ut tandem, quum me falsa fuit
persuasione deceptum, adhuc
fuisse deprehenderem, omnia
mea facta, dicta atque con-
sulta, non nisi iniuste divina
sanctitati sordes fuisse, ex-
ploratum, mihi esset.

Vel invito sacras gravissi-
ma expressit materia, adeg-
que, ut precarer, vellet Deus,
si quis esset Deus, ope mihi
ferre omnium miserrimo.

audiret preces benignissimus pa-
ter. Nam quidam die Dominica,
quam ante somnum in fumma
mentis anxietate, in querrissimo
peccati et tristissimo fidei, in
tantis dubitationibus fluctibus,
humis stratus, eius Dei, quem
ignorabam, quem non credebam,
auxilium vehementer inplora-
rem. Repentina et subita animi
immutatione omnes ad unam
dubitationes exemit, neque
de gratia sua et amicitia in
Iesu Christo reddidit cessantem
Deum, non Deum solum meum,
sed et Patrem, appellare au-
desam: et hoc omnis atque
solicitudine eodem momento dissi-
git: tantoque gaudio non in-
obutus fui, sed persusus atque
mundatus, ut plena voce
magna cum fiducia tanta
gratia largitorem celebrarem.
Nam in toto somnum erip-
pturus: quem vero incredulis
ea letitia aut prope in oculos
non admittebat, aut statim
cecutebat, ut letitiam cum
iterumque divinam misericordi-
am laudare atque effere incipe-
rem. Et enim videbar mihi per
universum praterite vite spa-
tium, alto quasi somno obtutus
iacuisse, ex quo nunc demum effere
exprogeretur. Vita naturalis
atque divina et vere Christiana
deserimen nunc quam maxime
cognoscebam, ipse ex morte
in vitam revocatus

30
In qua Lutherus de viua fi-
dei virtute atque fructibus
in aurea epistola ad Romanos
praefatione gravissimis stipen-
ditat rebus, vti comperimus,
vera esse gratiaeque divinae ag-
nitio et fiducia in ea collocata
sic me animabas, sic exultava-
bas, tanta voluptate permul-
cebat, ut exclamarem: o quanta
est, mi Deus, ^{inmi} caritas illius dul-
cedo, quo imbecillos tuos filios
recreas atque oblectas. Imple-
verat pueri amore suo patris
meum, ~~et cognoscendumque~~ se tan-
quam summum illud et infinitum
bonum praeberat mihi corpus
adum. et ab eo tempore ^{sequens}
sequutus, neque unquam ^{progre-}
ab hac via deductus, vltis ^{re-}
tentamentis aut incantamentis
fui deductus.

Hactenus ipse D. Franchius
cum narrationi istae, ea sub-
iunctum sumus, quae publico
Academiae Halensis nomine
Prorector eius Magnificus
de reliquo vite cursu et
beato obitu laudatissimi Viri
memoria tradidit prodidit.

Virum D. Franchium istae,
viri D. Franchii de Loggan-
tis Academiae, vltis ^{re-}
antiquis ^{re-} D. Franchii
vltis ^{re-} D. Franchii
sic a D. Franchio ^{re-}
vltis ^{re-} D. Franchii
vltis ^{re-} D. Franchii
vltis ^{re-} D. Franchii

hinc, solutus, ab omni re,
et dolore, fuit. Professus
est, se non solum, sed et
vita quoniam, ab omni.

r dulcedinem,

In his tantis morbi incommodis
et doloribus, non solum, ut felix
decebat, se totum voluntati patri
caelestis submisit. Et etiam, cum
in priori tum postea, in
sermonibus patris, quibus vel solatus
et gaudii diuini, quo ab eius gratia
persuadebatur, abunde prodidit
vel amicos, tum circumstantes
hortatus eoque pene precatus
fuit, eaque ratione omnibus
atque singulis praeclarum, ad
sanctae mentis studium, praebebat
incitamentum. Cum ex primo morbo
aliquantulum conualuisset, singulis
se diebus ad contemplandam
aeterna vitae felicitatem, se sedali
eoque libros de hoc argumento
tractantes aut ipse legit, aut cum
ut sibi praelegit. Quiricus testatur
est, nulla ex se se maiorem capere
oblationem. Paucis ante obitum
hebdomadibus epistolam exorta-
toriam, ad veteres, suos amicos
huius argumenti dare coepit, ut
in senectute contra senectutem
pugnarent, ne argui possent,
ipsos iuvenes in peragendo opere
Domini glarios fuisse, etate
autem debilitatos, laegueri atque
frigere. Die 15^{to} Maii, in audi-
torio publico, scholam pazanctianam
habuit, de utilitate, ex aduersa
valetudine, a Theologis, ac verbi
diuini ministris, tum capienda,
tum ecclesiae subministranda,
qua et prima post morbum, prius

fuit, et postrema simul agnitionem
 verbis di non antea confectis. *Pro*
 He, inquit, et Dominus effat
 benedicti in secula faculorum.
 Dominica ~~Exaudi~~ Die 24.
 Ihu, qui erat Saturni ante
 Dominica, Exaudi, presentibus
 quibus ^{san} amicus, in horto orphano-
 trophi, per horam fere integram,
 preces huius argumenti adse-
 misit. Primo laudavit Deum,
 quod se modo natum in pedibus
 gratia per facram lotionem
 receperit, participemque omnis
 beatitudinis in *Christo* Deu fecerit,
 et quod in ipsa pueritia efficiam
 ipsius gratiam, senserit operanti.
 Commemorabat quadraginta nunc
 esse annos, ex quo Deus ipse
 ad se traxerit, peccatisque suis
 longe alia meritum voluptatis
 celestis flumine perfuderit, pro-
 rore in latitiam, et exultationem
 conuerso, et peccatore amoris, diuini
 igne, sic accenso, vt depulsa omni
 tristitia fuerit exclamandum:
 o pater optime, adione dulce
 est hoc illud, quo natos tuos
 cibas. Equidem et post conue-
 sionem suam, cessitasse sapienter
 atque offendisse: at praeuisse
 se Deum ipse facilem, exoriri
 iussisse vultus sui lucem, erron-
 busque cordanatis, noua vir-
 tute induisse. Quid? quod tanta
 impleuisti mentem letitia, ad
 Deum inquit, vt sustinere
 posse non videretur. Tuam se
 pluribus, addebat, sub dio cum
 Deo foedus renouasse his prope
 verbis: Si tu meus Deus tris,
 ego seruus ero tuus: precatur
 que fuisse: Domine, da mihi

liberos, (eo quod de largo munere
puta intellexit) si vero, moni-
da mihi liberos, more vobis ma-
turi; da mihi liberos tot, quot
sunt stelle in calo. Insuper iu-
lis, sic periret, ne esse voluisti
per quos aqua vincta in aliorum
etiam, derivarentur animas: ut
exundare eas inisset, ut nulla
sit pars orbis, qua non manane-
rit. Ergo et ulterius, seculante
manet, ut fallantur opinioniones
hominum, ut porro manet vobis
tum: sed vberiori copia ube-
fluere, ut magis atque magis
excresecat hoc bonorum, tuorum
flumen et ad finem usque seu-
abundet. Longo his verbis
in precatione usus fuit:
commemoravit, autem, videtur, fuisse
Deo, ut ipsum. Agebat porro:
Deum, ita secum egisse, quem admo-
dum, cum in tante agi posset, quod
in mensa poneretur, cui donestici
et amici munuscula, quibus
se oblectaret, in finem igne, et:
ita orpharotrophum, sibi a Deo
datum, atque ad illud constitutum
fuisse, ut quid Deus faceret,
diligenter observaret: sapiens cogitabat,
quando tandem, fieri liberalis
patris celestis habitura sit
comperisset verum esse, quod de
Deo predicatur, aperit benignam
manum. Cubitum euntem, novam
preteriti diei munera celebrasse.
Cubitu surgentem, plenam quasi
utramque Dei manum, vidisse
bonorum. Quam spem et fiduciam
Deus animo suo inspiraverit, eam
non falluram esse, fore nimirum
ut bonis prioribus maiora
sint posteriora. Tum vero Deum

oblectationis causa

diligenter

rogabat, ut quos ipsi spiritua-
les dedisset liberos, eos conserva-
ret atque custodiret; liberos, qui
superiori angelo de plenitudine
spiritus publicatur, tam largo
bearet fructu, ut in omnibus
lectorem, animis ipsi spiritu
fructus largo proventu nas-
cerentur. Et quod praesentes angeli
partum suo ministerio ad am-
ana vitae culturam, perducellerent,
partum ^{sui} confirmasset, vellet
singulos bonis suis cumulare;
~~sed nomine~~ sibi exploraturus
foret, ut aliquando cum ipsis
coram throno divino consti-
tutus vere dicere possit: ecce
~~prodebat~~ liberos, quos mihi dedisti
confirmare saluatore; qui
cunque patrem meo nomine
rogaueritis, ea faciam; itaque
scio, pater te me semper au-
dire; iam vero cum haec precies
in Christi nomine misse sint;
et considerare, eas auditas fuisse
seque fide acciperet et com-
prehendere, quae petiti fuissent;
nam habere, cum hac bona
omnia, qui credat.

Hoc est argumentum earum
precum, quas supra dicto 24.
Maii die ad Deum funderat.
in sequenti autem die, in quem
Dominica Exaudi incidebat,
sub vespera, morbo postremo
eoque gravissimo correptus
fuit; quo ingruente, ferventi
animo alitem patrem rogavit
doceret eum, non modo ad ipsius
voluntatem facere, sed etiam
pati, ne quemquam aut verbum
aut vultu offenderet, quin
quidquid ageret diceretque, in

aliorum usus est exultationem
nive inferet. Postquam igitur
tota illa hebdomade graves do-
lores pertulisset, tunc sub finem
hebdomade valde ingrauescente
suis aliisque bene precatus, in-
ter alia sic loquebatur: Omne
calo receptos posse gloriari,
ex magnis se adesse calamitati-
bus. Ne igitur calum ingrediente
a Christo interrogatum iri: unde
tu venisti: tum se responsurum;
parum, quidem, esse, quod perpe-
sus sum; nonissimis autem, vi-
mea diebus magnos dolores
toleraui, adeoque iis, qui ex
magnis calamitatibus veniunt
sum accensendus. Atiebat porro
non esse gloriosum, si ita dicen-
dum sit: hi molli via in regnum
caeleste intraverunt. Fixum igitur
manere: per multas calamitates
nos regnum Dei intrare oportet.
Ad Deum conversus: Inquit meas
mea, inquit bat, est magna; susci-
tes me, rogo, mi pater. Die vero
Junii, qui primus erat Pentecostes,
vehementem calorem sentiens:
Cum integra, inquit bat, valetudi-
ne usus sum, hoc est, cum ab
sepulchro excitatus fuero; calo-
re non vexabor. Ingravescente
morbo: Tecum, pater optime, ma-
nere volumus, donec nobis ex-
reris. circa vesperam, ex lagui-
do somno excitatus, his usus
est verbis: Quo modo animus
meus ad te iussus est, Saluator
mi, Christe Jesu, et quibus gan-
dies exultabo, cum te primum
coram sum intuiturus.

Domine precatus est: gratias tibi
 ago, Saluator optime, pro
 eo, quo me complexus es amore,
 cum hostis tuus essem, et quod
 tot, ac tanta bona mihi contu-
 listi. Te rogo, ut corpori meo
 quietem aliquam, hac nocte
 permittere velis. Tu quidem,
 vna mentis quies manebis, imo
 promissisti, me ad quietem tuam,
 aeternam duraturam, esse peruen-
 turum. Addidit: Te laudo atque
 praedico, quod mihi, cui tua mi-
 sera, non vitam solum, sed abun-
 dantiam bonorum omnium dedisti.
 Te praesente, optime Saluator,
 aliquid habemus, te nihil praes-
 ente, habemus nihil. Si igitur,
 omni illo tempore, quo morbo
 afflictus, animum ad Deum ele-
 uavi, atque in eius familiarita-
 tem sese insinuaui. Ea nocte
 propemodum semihora spatio,
 non interpellatus, in hunc fere
 modum, deuota mente precatus
 est: Te igitur, Domine Iesu, laudo
 quod peccatis me omnibus pur-
 gasti, coramque patre tuo regi-
 strasti atque sacerdotem. Laudo
 te atque praedico, quod me vi-
 uo vitam meam spatio, matris
 ritu, manibus prehensum, duxisti,
 neque multis admodum, aduersita-
 tibus me adficiisti. Ignosce
 dulcissime Saluator, si in tanto
 hoc morbo, mea hominis vo-
 luntas tuae Dei voluntati, im-
 becillitatis vitio, se non lata
 atque subertissime submisit:
 atque rege me spiritu Sapientis,
 auxilioque tuo, ad vitam usque
 finem mihi succurre. Amen

te esse fidelissimum; me neque
deserēs, neque negliges; corpus
meum ad fidissimum, gloria et
lucē circumdāsum, ex pulvere
renovabis; utamque te letissimum
versabor. Quis tu, animi, mei
sensus erit, quam, vultum, grati-
osum primum, vixurus ero. Tu,
orphanotropheum, et coniuncta
cum hoc instituta Deo commē-
dans: Sicuti, inquit, te, vivente
Deo fundata, tuaque ope ampli-
ficata sunt; ita dextera tua eā
porro conservet. Labores meos
in te peractos ne finisquā fierent,
Deo fructus eorum, ad finem
seculi perdurare. Commendo
tibi, Domine Iesu animam meam,
tuamque fidem permitto. Amen!
Amen! Amen! Halleluia!

Die quarto Junii: magnum, inquit,
bat, Dei est beneficium, in tantis
meis doloribus, tot et tam pulchra
de Christo patiente scripturae
testimonia mihi in memoriam
revocari. Nocte sequenti, quum
morte vehementia valde augeretur,
his verbis saluatorem, compella-
bat: Animam, Domine Iesu, et
sanguinem, sedes quoque, atque
pulchrum illud munus penitus
moderatum, tranquillumque spiritum
mihi largire. Hanc die sexto
Junii: Per aspera, inquit, ite,
ad astra: quia propter ea licet labores
accepi: sed in pati feces exhauriant.
Irean's aliquando aiebat: tibi
fidelissime saluator, corpus
et animam tradidi: hoc feceris,
isto.

Hora ad meridiem secunda in-
 terrogatus, an somnum speraret
 respondit: Dabit eum suo tempore
 pater meus. Sepe etiam, misericor-
 dia sui sacerdotis mentionem fecit.
 Et quodam die: Vermiculus sum,
 inquit, cui fateri debet, se a
 creatore non concubari aut con-
 quassari. Die octavo Janii, sanctissi-
 ma Trinitati sacro, advenienti
 mane ~~per~~ genero suo, Freyling
 hauserio ~~per~~ manum porrigens
 dicebat: Tunc languore prope
 confectus sum, cum vero tu
 peccatus es, ut Deus illum
 solatio suo recreare atque in-
 benevolentiam sustentare vellet:
 ipse: in fuit, inquit, Deus
 optimus atque amantissimus:
 addens: iam, animum et cogitati-
 ones paululum collecturus sum.
 Hora octava; utinam aliquis
 requietis mihi daretur! oro esse.
 Dote me, Domine, facere ad
 beneplacitum tuum, ut ne trans-
 uersum quidem vaguem, ab eo
 discedam. Porro cum interroga-
 visset, quid amplius faciendum
 sit; ipse sibi respondebat: expe-
 ctare, quis futurum sit, et laborare.
 (reliqua non intelligebantur)
 Deinde suspiravit: Ah! regat
 me Dominus! addens: in pla-
 rabinus Deum, ut agat, quem
 ad modum ipse videbit, ne-
 que regat, ut a quo semper
 animo ipse obtemperem, utique
 Voti sui dicebat. Deus porro
 inuabit. Interim fructus, et
 conditionibus certaminis parat.

Inter horam & saenam atque
nonam cuculans: Pergam,
Deo iuvante, quae toleranda
sunt, fortiter tolerare: Deinde
Domine, exspecto salutem tuam,
quae verba modo hebraice, modo
graece, quam sapissime in motu
suo repetat. Post nonam
interrogatus, numquid cupiat,
respondit: Nihil, patientia
mihi exaceranda est, quae in re
Deus me iuvet. Iterum, inter
rogatus, numquid dolores aliquos
sentiret, adfirmavit, precatus
fuit, ut Deus ad eos perfunderet
vires largiretur. Post viden-
tam quidam collegarum viri
beati, cum verbis ex Is. 43, 1.
defunctis compellavit atque
confirmavit: cui respondit:
Deus, pro virtute sua infinita,
hoc ratum esse iubeat. Alius
ex collegis eius, ut Psalmus
23. in ipso nunc valeret,
precatus, petebat ab eo, ut
ipsi bene precari vellet: cui
manu in capite eius posita
respondit. Esto igitur Domine
in perpetuum benedictus.
Post magis magisque defecit,
et cum interroganti valeri,
an Christum haberet presentem,
respondisset, id non esse dubitan-
dum: car quore consopitus tan-
dem circa decimam, Salvatori
suo animam reddidit, quum
annos 64. menses 2. hebdoma-
das 6 vivendo explevisset.